


B. N. C'
FIRENZE
1034
9



V
BELLAV.

1617.




7

V
BELLE:



**IOANNIS BAPTISTAE
BELLAVITI.**
PHILOSOPHI, ET MEDICI PISANI
Es
IN PATRIO CELEBERRIMO.
GYMNASIO LOGICAM PROFIDENTIS
ORATIO.



PISIS, Apud Ioannem Fontanum, M. D. C. XVL.
Superiorum permisum.

Illustrissimo, & Reuerendissimo
CAROLO MEDICEO
S. R. E.
CARDINALI AMPLISSIMO

Ioannes Baptista Bellauitus Pisanus perpetuam
precatur felicitatem.



Eroicę tuę liberalitatis augustissima in ede;
tuoque etatis serenissime meorum lavo-
rum primitias humillimus offero; oratio-
nem s. quam pro mearum praelectionum
exordio habui. in Pisano Gymnasio. Et
quamuis munus exiguum sit, minimeque
tua amplitudine dignum: attamen cum in
frequeti, vel potius assiduo beneficentia munere verseris, & scias
à sapientibus nedum in precipuis beneficijs sponte collocandis, sed
in recipiendis ab his, qui plurimum debent, quibuslibet munus-
sculis ipsum commendatum esse, & ad astra elatum, te illud non
asperna turum confido. Et ad hoc credendum me etiam inducit,
quod nunc nuper summa latitia, meoque commodo primum ex-
pertus sum. Siquidem nullis meis exgentibus meritis, at solo
merendi, tibique inseruendi desiderio, sic mihi licuit tuam gra-
tiam inire, ut illico te beneficium, ac liberalissimum agnoscerem.
Quod si; que tua est clementia; hoc alterum a te impetravero.
Opus, quod per se tenue, & imbecille facile dilaberetur; ubi pri-
mum in mearum lucubrationum fronte tuum clarissimum lucebit
immortale Nomen, diuturno tempore incolumen spero futurum.
Vnde animi grati, debitæ obseruantie, ac potius pietatis in te
mea firmissimum testimonium apparebit. Et si quos deinceps in
excolendo ingenij mei agello fructus colligam, sub tuis felicissi-
mis auspicijs me protulisse gloriabor, & in eodem templo semper
bilaris dicabo, & appendam.

ORATIO IO BAPTISTAE BELLAVITI

Philosophi, & Medici Pisani.



NINILO vnquam gratius, nihil post omnem memoriam iucundius, nihilque oportunius mibi accidere potuit, quā in literaria palestra Serenissimæ Medicæ familiæ obsequium præstare. Utinam sicuti honestissimo huic meo desiderio satisfactum gestio, ita contingere tam Orationis meæ vim, atq; vbertatem esse, vt Logicæ facultatis, ad quam explicandam Serenissimi Magni Ducis singulari benignitate vocatus sum, maxima commoda, sum masq; laudes mihi liceret orando complecti, & Serenissimo M. D. meritas gratias agere. Non enim vereor, quin grati animi certa signa darem & adolescentium mentem ad huiusc studium adeo inflammarem: quod præclaræ utilitatis specie ducti in ea capessenda omnem operam ponebent, omnemq; diligentiam adhiberent. Siquidem nulla ars, nullaq; scientia reperitur, ex qua lectores, præstantioresq; fructus recipiamus, & quæ ad res ipsas penetrandas faciliorem aditum præbeat. Verum cum nonmodo exilis, atq; iejuna Oratio mea sit, sed ea quoq; omnia, quæ ad dicendum versatum, disertumq; oratorem inducere solent, loci nimirum dignitas, & argumenti, amplitudo, me ab incepto deterret. Primo quidem in Pisana Academia concessionem habere arduum profecto, ac laboriosum semper iudicani. Nam locus hic P. A. vestrarum virtutum splendore, vestri nominis gloria, tantaq; letissimorum hominum frequentia adeo celebris est, adeoq; insignis, vt merito Pistotius Italiz, ceu Corinthus olim totius Græciæ lumen dici possint. Et quamquam Logicæ ornamenta copiosam mihi dicendi materiem suggerant: quippe præstantissima,

A 3 & nulli

& nulli scientiarum communia adeo lucent, ut veluti sol, nisi
e munus disciplinarum corpus illeceant, tenebre in his syndicis;
tempestas, & nimbi: illud tamen accedit incommodum,
quod cum diu animus medendi negocio additus, futuriq;
incertus fuerit, quid in tam ampla, atq; secunda segete
eligidum, à quo ve declinandum sit, deliberandi ocium
defuit. Quamobrem cuncta silentio inuoluere in tot an-
gustijs vnicum mihi refugium videbatur: quod sane decre-
ueram, nisi amicorum iam triduo post redditum meum ob-
secrantium preces, vestraq; omnium humanitas, quasi tor-
pentem adhoc munus subeundum incitassent: quod suscep-
pi libentius frater, ut si quid à me prætermissum fuerit, aue-
non ita eleganter, aut diligenter tractatum, rei magnitudi-
ni, & mea in hoc loco insolita dicendi rationi ascribatis.
Per illustris summoq; Philosopho digna sapientibus, ceterisq;
etiam habita semper fuit Peripateticorū principis illa
sententia, qua singulorum hominum voluntatem in rerum
notitia capessenda, natura propensam esse testatur. Nam
si miram animi nostri vim, incredibilemque hominis fabri-
cam accurate indagare velimus, ipsum florenti quadam té-
peratione cælitus donatum fuisse apparebit: ut ea sit illi im-
posita persona, qua sensu, ac mente pollens inter reliqua
animantium excellat, & cælicolarum amplitudini similis ef-
fici possit. Etenim horum altero quæ infra nos sunt, que-
quæ oculis conspici, ac manibus contrectari possunt, inue-
stigare conatur. Altero stirpium omnium insitam potesta-
tem, animantium ortus, & interitus, nimborum, fulminum,
tempestatumq; causas, syderum motus, atq; magnitudines,
& quam in hæc inferiora vim habeant, cognoscere, ac deni-
que quasi Ariadnæ licijs fultus pulcherrimum totius orbis
Labyrinthus, & eorum, quæ illius ambitu continentur pri-
mordia apprehendere studet. Quin etiam, eterreno hoc
domicilio ipsius cæli penetralia adire, rerum omnium Opifi-
cium D.O.M., metesq; illas beatissimas ab omni labore ma-
teriæ separatas animo contemplari laborat. Ceterum, & si
isthæ omnia suopte ingenio præstare homo posset, hæbas
tamen aliquando fuit, consilij, aut ingenij adeo expers, ut
nihil supra sensum saperet, corpora duntaxat amplectere-
tur. Nec prius ex hæc horrida, agrestijs vita ad ciuilem cul-
sum

tum emergere cœpit, quam tuguria excitaret, villasq; & oppida extrueret: qua tamen re illorum animi tanta admiratione concutiebantur, ut Amphionem rude genus hominū ad construendam Thebem dulci facundis lepore concitatem, lapides, atq; ligna cantus suavitate compulisse prædicarent. Vbi vero hæc in amore, & delicijs esse cœperunt, terrenis voluptatibus adeo se irretiuit, vt sublimiorem animi partem tanquam neglectum gladium ferrugine corrodi fineret: & non secus atq; Homeria Iuno somno immisso Iouem auertit a Troianis, voluptas rationi inimica, & cupidio diuinarum, quæ nullum cum virtute commerciū habet, mentis oculos adeo perstringebat, vt neque disciplinz, neq; bonæ artes, neq; ingenium vllum satis polleret. Hinc Prometheum exortum, qui ex limo terra formatis hominibus ignem solis furatum ob id illis spiritum immiscisse Poetas fabulari puto: quod sapiens aliquis acri ingenij acumine animiq; sagacitate barbaris illis gentibus significare corporeis delectationibus indulgere, tertena bona sibi parare, nullius pene momenti, ac supetuacaneum esse, sed ea, quæ animum excolere, atq; virtutibus ornare valent summo studio prosequenda. Quæ consideratio tanti ponderis apud omnes fuit, vt iam diu retrusa animi virtus ē tenebris egredi, & ipsi homines in Philosophia tempus consumere incœperint: Primis tamen illis temporibus ruditer philosophati sunt, & quoniam nullam methodum sequebantur rerum diversitate, dispariq; contemplandi modo, etiam cū scirent, scientiam se nactos ignorabant, vnde in multis errores lapsi fuere. ex qua densa caligine, ac potius miseria Architam Tarentium philosophiam primum eduxisse affirmant, quippe qui prædicamentorum doctrinam tradidit; quo tempore Logicam caput extulisse credendum. Plato autem mirifice ipsam amplificauit. Aristoteles iniro quodam ingenio, ac prope diuino ita eam exornauit, atq; perfecit, vt quemadmodum Phidias omnia statuariz attis præcepta volumine complexus, eadem in eburnea Iouis facienda statua tam accurate, studioseq; obseruauit, vt huius intuitu, & illius studio artifex oriretur excellens: ipse cuncta dogmata analytica doctissimis monumentis commendavit, quæ eadem in vniuersa sua Philosophia affabre disposita per-

ta perludent : quare ex Logica condita lege , & ipsius obser-
uantia vim legis dialecticæ , & modum capessere licet , cu-
jus adminiculo varios , & in numeros priscorum errores so-
lus ipse deleuit : & quasi A Edipus alecr cuncta obscurissima
enigmata dissoluit . Hæc enim illa facultas est I. N. quæ ra-
tiocinandi normam dirigit , methodum discēdarum rerum
suppeditat , in rerum medullas penetrat , caligines remouet ,
& cum scientiam nanciscamur ratiocinando , sine ipsa ani-
mus , ut in vastissimo mari diuersi pisces in certo ordine
huc , atq; illuc prolaberetur , ignorans quo tenderet : atq; i
dubitandum esset , ne absque Mercuriali moly Circem adi-
remus , & ab illa in varia ignorantia , & proteruiz monstra
transformaremur . Ideo antequam ad scientias ipsas ani-
mum appellamus in addiscenda Logica toto pectori con-
tendendum : Nam qui adolescentes cæteras scientias sine
hac erudiendos curant , onus se Aetna grauius intelligent
substinere ; omnium siquidem ineptiarum , quæ sunt innus-
merabiles haud scio , an vlla sit maior , quam illorum , qui so-
lent quocumq; in loco de rebus difficillimis absq; huius du-
ctu , & auspicio disputare , ut que assolent periti etiam doce-
re . Etenim quis sine hac scire affirmabit ? cum scire sit per
demonstrationem cognoscere : hæc autem quæ sint demon-
strationis principia , quæ causæ , quæ proprietates , quæ vir-
tus aperte , & copiose declarat : qua propter nullus ad sum-
mæ fastigium veritatis euadit , qui prius summo labore Lo-
gicus non euaserit . Hac enim facilis nobis ad Philosophiam
patet aditus , nesciret Philosophus , quæ supposita , definitio-
nes , & axiomata sibi oportuna essent , quomodo his vti opor-
teat in literario cōflictu , vt aduersarijctus euadere ipsumq;
superare posset , nisi logicus opem ferret : & semel , atq; ite-
rum , ac sepius periculum immineret , cum diuersarum re-
rum cognitioni incumbimus vera cognoscendi , ac speculâ-
divia neglecta pro scientia confusionem sectari . Quando-
quidem hæc ars est illa Diogenis philosophica lucerna , sine
cuius lumine etiam sub meridiana luce nullus reperitur ho-
mo , cum natu ra hominum ratiocinatione cognoscatur , quæ
vario Logicæ instrumento omnibus numeris absolutur . Iu-
re , & quidem optimo gloriatur homo , se feris , ac bestijs cun-
ctis præcellere , quoniam notitia fulget intellectuia ; ora-
tor ve-

tor vero, quod hominum voluntatem ad nutum trahat: Sa-
 piens autem quia singulos homines, ipsumq; oratorem ad
 sui admirationem excitet, sed tutius, & oportunius Logi-
 cus, qui omnibus modum cognoscendi, oratori argumen-
 ta ad suadendum accomodata, & sapienti ordinem philo-
 sophandi exquisite, & diligenter præbet. In foribus Plato-
 nicæ Academiz traditur in scriptum: Nemo Mathemati-
 cæ ignarus ingrediatur huc. In foribus Licei Aristotelici,
 qui nimo etiam cuiusq; literaria Scołæ omnes viri eruditii
 inscribendum putant: Nemo Logicæ Ignarus huc accedat.
 Nam hæc facultas docet quo pacto vnicuiq; arti communissi-
 ma principia famulentur, quæ sint vniuersitatisq; propria, an
 singularis scientia suamet principia, an altera alterius, an co-
 munissima omniū primordia prober, & quomodo sibi una
 scientia possit alia complecti. Quo pacto Geometra, &
 Arithmeticus scirent se potissima demonstratione conclusis-
 se, aut ea, quæ ex iam probatis emanat, vel dicit ad incom-
 modum? ni Logicus ostendat, quæ, & quotuplex demonstra-
 tio sit, & quā scrutari posset, quæ ex Geometria Perspectivis
 quæ ex Arithmetica Musicis, quæ ex naturali Philosophia
 Medicus sibi vsu veniant, ni ex Logica petat, quæ alternatæ,
 quæue alternantis scientiæ condicōnes sint? Apud Enniū
 Pythius dicebat Apollo se cum esse, vnde sibi omnes sui ci-
 ues, & ipsimet reges consilium expertant summarum rerum
 incerti: quod actuosa Philosophia hominum consilia diri-
 git, furentes passiones disponat, ac depravatos mores in-
 stituat; adeo ut ipsa duce, quasi cœlesti oraculo consulto
 omnes hominum actiones ad suauissimam frugem dedu-
 cantur. Logica, moralem Philosophiam methodo dirigit
 exactissima, illius singulas partes apte disponit, rationibus
 ad docendum oportuniis abunde instituit. Et quid plura?
 non ne, & legum peritia moralis Philosophia non inculta
 propago licet auctoritati duntaxat innitatur, præcipuas vti-
 litates capit?. Docet enim Dialecticus quonāmodo ab au-
 thoritate argumenta profiscantur; quæ præponenda au-
 thoritas, quis in hoc argumentationis genere seruandus sit
 ordo. Cur frustra tempus contero ea maxima commoda
 perlustrando, quæ ex Logica humanæ scientiæ percipiunt?
 non ne, & Sacra Theologia hæc facultas summo emolumē
 sinij. 3. to est?

to est? nam licet hominum non indigeat ope, eam tamen
non contemnit, & quamuis humanarum scientiarum appa-
ratum non expectat, tamen quæ docere, & persuadere homi-
nibus studet, ea si rationibus, exemplis, ac similitudinibus
ex arte de promptis aspersa, & condita fuerint, iucundius
audiuntur, & facilius intelliguntur. Si igitur hæc ars non
solum omni humanæ scientiæ conductit, sed ad rerum diui-
narum notitiam assequendam plurimū valet; quid ea vbe-
rius? quid præstantius? quid libero homine dignius? ad
hanc itaque properemus, huic omnem diligentiam adhi-
beamus, huic saltem animi gratia studia nostra impertia-
mus. Quid balbutis? lingua compesce? dicet mihi for-
sitan Logicæ acerrimus inimicus: tu nil Logica dignius, nil
præstantius esse, nil vberius affiras? Vnde ergo inter sci-
entiarum percupidos tot lernez Hydræ, tot cauillis armazæ
Chimeræ? Vnde tot portentosa monstra in sententijs anti-
quorum, ut nihil tam absurdi, quod non dixerint Philoso-
phi? Non ne ex dialecticis hæc omnia prodeunt? ipsi si
quidem falso coluerunt inanum sophismatum numina fi-
cta, ipsorum teterimaloca, & fabricam indicantes. Hinc
mendaciorum venenatus morsius: Hinc odiosarum difficul-
tatum pestifera tela. Logica igitur parit non quidē scien-
tias, at scyllam, & cum Ciclope Carybdim. O portentum
in ultimas terras exportandum. Me cæcum? qui hæc an-
tea non viderim, quid igitur respondebo? Respondeat Ari-
stoteles, respondeat ipse, qui hæc vidit, & insulit, & omnium
capita obtruncavit. Hunc profecto sic respondentem au-
dire mihi videor. Docet quidem Logica potius constru-
cta sophismata eneruare, quam extruere, & quam vis ex-
exam ipsorum formam, & propria quæcumq; loca mōstrar,
non tamen, ut illis paſsim utaris, sed ne abutaris; neque ut
in literatorum durissima luſta alios circumueniendo con-
temnas, sed tibi in experto aliorum iectus valeant obesse.
Doctrinam veneni medicus admirabilem tradit, non equi-
dem ad vſum, sed quo facilius evitentur nota: & si quem-
admodum improborum hominum mos est, res etiam opti-
mas ad suam libidinem reuocare, parata venena, data, aut
bibita fuerint ex arte curentur, quo in summo vita discri-
mine cognoscatur, quod.

Eripit

Eripit interdum, modo dat medicinā salutem.

Non igitur res tanquam malæ auferendæ, quod impudentes studeant abuti, alioquin optima quæque humanæ vitæ instrumenta perirent, ignis, aqua, & vinum, quia.

Nil prodest, quod non ledere possit idem.

Solonem iustissimis laudibus extulit antiquitas, quoniam in ebrios constituta poena, optime, ac belle vitiis culturam seruauit, legem aspernata Lycurgi, qui vinolentos impunitos dimitteens, omnes circa Spartam vineas euellit. Imò cū nulla vita functio à vitijs omnino sit immunis, in otio degendum, quod est omnium importunissima pestis. Cum itaque exitus acta probet, ex prestantissimo cuiuslibet operis fine actio iudicanda est; Nam

Et latro, & cautus præcinctus ens viator.

Ille ut infidias, hic sibi parat opem.

Quamobrem non turpis nostra cupidus, sed proprius, ac fancerus rerum inspiciendus est usus: quem ubi in logica diligenter, ac sedulo animaduertimus, simul cognoscimus ipsam in disciplinarum, & bonarum artium studio tantum valere contra Logicæ imperitos, quantum pauidos contra inermes ferrum in bello potest. Quod si iterum proterius instet, Analytica cauillo semper extruxit: & dextruxit semper: dicam, ut fructuosam, & incredibilem illius facultatem admiremur; quoniam perpetuo in ipsa.

Vna, eademq; manus vulnus, opemq; tulit.

Nam sophismatum tela in pennigero aliaturum scientiarum, non in armigerò dialecticè corpore exercentur: cum ipsa nunquam aduerso Marte conflixerit, sed tot viatorias habuerit, quot prælia. Ideo non solum in disciplinis, & concessionibus necessariam esse, sed in rebus quoq; priuatis, & domesticis perutilem experimur. Verum enim vero, & si nullus locus tam abditus sit, nullaq; gens tam barbara, apud quam Dialecticæ, & aliaturum doctrinatum vis solida, & magna non reperiatur: Si tamen opulentissimi, atq; præclarissimi alicuius præsidio muniantur, vigent in dies magis, & augentur. Dum enim in Græcia Alexander, & Alexandriæ Philadelphus vixerunt, vixit & Philosophia. Floruit Romæ Poësis souente Mæcenate. Quoniam autem perpetuam vitam non degunt, qui illis patrocinantur, semimor-

tum erat, ac pene sepultum omne litterarum genus, cum Laurentius Mediceus vir quidem, morum integritate, virtutum, ac scientiarum amore iam super Aetheram notus Gymnasium hoc resarcuit compluribus vndiq; locoru*m* doctissimis hominibus accessitis. Quod eruditorum hominum desiderium quasi hereditario iure in Medicea familia legatum residet. Nam Leo Decimus pieratis ergo hæreticorum impia molimina pie demolitus, humi iacentes virtutes propria manu erexit; & illarum studiosos summis honoribus assecit. Clemens septimus tam misericorde ingenio excellentibus oblectabatur, ut saepe numero affirmaret, se quidem magnam percepisse letitiam, quod Henricus tunc Gallorum Regis filius, deinde Rex Catharinam Medicam coniugem duxisset, & quod Alexander creatus esset Florentiæ dux, sed longe maiorem, quod sua auctoritate, & cura iij sapientissimi viri ad Apostolicum purpuratorum Senatum, ijj ad Ecclesiastis totius Christiani orbis administrandas assumerentur, qui Petri Cymbam etiam procellis agitatem gubernando esset. Cosmus Magnus Etruriæ Dux primus vocatis ex vniuerso terrarum orbe litteratissimis viris iterum Academiam Pisanam instaurauit; eo que studiorum desiderio flagrabat, ut etiam furente hostium, & belli horribili tempestate, ipsa ante oculos semper haberet, & doctis honores, & stipendia in dies maiora conferret. Franciscus eius Primogenitus nihil antiquius habuit, quam virtutibus excultos complecti, souere, & honorificis codicitionibus alere. Ferdinandus, quæ a Patre in gratiam scientiarum incæpta, & a fratre aucta absolute omnino, & perfecit; & quemadmodum omnium principum lux ætatis felicissimus fuit, ita eos viros doctrinæ splendore insignes accessuit, quorum voto iussit grauissimas suorum procerum lites componi; quorum consilio complura ampla sua negotia commisit: quorum deniq; prudentiae se ipsum regotantem & sepius commendauit. Quamobrem Menochius, Capouachius, Zabarella, & Pendasius, quinimo ipsem Iustus Lipsius vitæ à Marco Tullio ad hæc tempora politiorum literarum elegantia facile præ ceteris perpolitus in hanc esse leberrimam Vniuersitatem cooptari, ut in eius conspicitur epistolis valde semper optauit. Cosmus Secundus Magnus

Etruriæ

Ecce Dux Quartus quanti faciat ingenuas artes , scien-
 tias , & homines litteris ornatos testis est tota Italia , Testis
 Gallia , Anglia , & Lusitania ; & vos P. O. , ex quorum di-
 gnissimo Collegio de maximis rebus semel , atq; iterum in
 consilium adhiberet , quorum doctissimo etiam inter coni-
 uia delectatur congressu , & quibus etiam virtutis , & glo-
 riae mercedem tribuit . Quid plura ? non ne , & Serenissi-
 ma feminæ Heroibus Mediceis in matrimonium colloca-
 tæ , sicuti suos coniuges honestissimo , & singulari amore ,
 ita viros omni liberali doctrina præditos beneficijs , & ho-
 nore prosequuntur . Plurimum itaque huic Serenissimæ Fa-
 miliz omnes studiosi debent . Plurimum nos omnes Co-
 smo Secundo debemus : & si quis vñquis m debuit , me illius
 munificentia maxime deuinatum profiteor : quartus enim
 ex mea prosapia P. Disertissimi in vestrum Collegium ascen-
 tus locum hunc ad docendum amplissimum conserendo : &
 non modo illi , sed & Christinæ Lotharingiz eius Serenissi-
 ma matri me astrictum palam exulto : hanc , & per benig-
 nam alloquutus sum , & mearum rerum patrocinium suscep-
 pisse aperte mihi significauit . Carolo Mediceo Sanctæ Ro-
 manæ Ecclesiæ Cardinali Amplissimo , & omnia cupio , &
 summa debentur : etenim ipse quemadmodum omnibus
 virtute instructus est alter Mæcenas , ira propensa in me vo-
 luntatis clara ea signa præ se tulit , quibus certior redditus
 sum iure per ora peritiissimorum circuferri , quod Roman
 profetum ipsæmet Athenæ sequæ videantur . Principibus
 me debere , vel eo nomine gloriòt , quod cum ipsi in terris
 Dei O. M. similitudinem gerant , sicuti Diuina Maiestas ,
 quando nobis omnia bona largitur , puro corde , & exiguo
 thure contenta est ; ita maximi principes vbi magna bene-
 ficia conferunt , grato fidelique dumtaxat animo gaudent ,
 & vt suo munere vñusquisq; fungatur , expetunt . Meę igit-
 tur partes nunc sunt Logicam interpetrandi prouinciam
 ipsorum beneficentia mihi commissam omni cura , studio ,
 & diligentia gerere . Qua propter meos neruos contendā ,
 nulli labori parcam , vt muneri meo cumulatissime satisfa-
 ciam . Ad hoc præstandum me etiam allicit opera illorū ,
 qui Pisano Gymnasio præsunt , quam etiam expertus
 sum , quorum in re mea perpetua sedulitas mihi perpetuo

hæredit in medullis. Alliciunt & inclinant me quoq; Andreæ Bellauri Consobrini, & Tiberij germani fratri domes-
tica exempla, ab hoc siquidem, nisi immatura morte peré-
ptus fuisset, sicuti virente ætate perquinquennium Philoso-
phiam professus eximia indolis clara indicia exhibuit, ita la-
tissima ab omnibus seges expectabatur, illius autem, & in
Deum religio, & in rerum cognitione studium, & in
vestris studijs non obscura I. N. diligentia est.

Impellit denique mirum, quod me deside-
gium tenet, vobis auditores ornatissi.
Si mihi morem gerendi, quibus me,
meamq; industriam non de-
futuram pelliceor, &
libere spondeo.
Dixi.

1034.9



DR. SALVAREZZA S.p.s.
RESTAURO
Via A. Corvi 5 - Rome



